Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omis qui facit peccatu seruus est peccati. & seruiat unusq;q:
illi a quo uincitur: Nati g de amico di abrahe uicio suo facti
sunt quasi filii cham. cui dictu est. maledictus cham. seruus
erit fratru suorum. Quare g factus est in predam. Sup eum
rugierunt leones & dederunt uocem suam. posuerunt terram
in solitudinem & ciuitates eius exuste sunt. & non est qui inhabi
tet in eis. Interrogat sermo diuinus. ut ipse respondeat.
Leones uocat principes babilonis. qui terram eius posuerunt
in solitudinem. & ciuitates eius incendio deleuerunt. Vel iux
ta ANAGWGHN leones intelligimus aduersarias potestates
aut principes hereticorum. qui terram ecclesie desolantes. omis
illius urbes heretico incendio uastauerunt. & illo igne de
quo scriptu e. Omnes adulterantes. quasi clybanus corda
eorum. Illi enim uere dant uocem suam. & in hoc eodem ppha subper
dicis psona clamant. & congregant que non pepererunt
faciuntq; diuitias non cum iudicio. Propterea aut urbes illi
uastate & delete sunt. quia non habent habitatorem dm. di
cente scriptura. Et non est qui habitet in eis. Filii quoq; me
pheos & taphnas. constuprauerunt te usq; aduerticem.
Numquid non istud factu est tibi. quia dereliquisti dnm
din tuum eo tempore quo ducebat te pua. Hoc quod nos
diximus eo tempore quo ducebat te pua in lex non habet.
Duas aut urbes maximas memphim & taphnas nominat.
earumq; dicit filios constuprasse isti usq; aduerticem. Illo
sensu quo ysaias posuit. A planta pedis usq; aduerticem
non est in eo sanitas. Tanta aut fuit libido egyptiorum
qui sunt magnis carnibus ut nulli parcerent membro.
f: omnia constuprarent. Iuxta litteram adidola refert egyp
tiorum. iuxta intellegentiam spiritualem ad magistros per
uersi dogmatis. qui ecclesie puritatem sua polluunt tur
pitudine. Hec aut ideirco euenient ei. quia dereliquerit
dnm din suum. & illo maxime tempore quo ipsum ductorem
sequi debuit. Et nunc quid tibi uis in uia egypti. ut bi
bas aquam sior: Et quid tibi & uie assyriorum. ut bibas aqm